

scientia, Authent. hodie, vbi præ aliis obseruat optimè Paulus Caffreni, numero primo & secundo, Cod. de appellatione, dicit cap. anteriorum, dicit cap. non solam, & dicit cap. concertationi, ad iunctis earum glossis, paulò ante communerationis, quarum etiam in argumentum, meminimus. Quomodo similiter procedit communis Doctorum traditio ibidem relata, & à Scacc. de appell. quæst. 12. num. 59.

Ex quibus plane quoque cessat ultim. argumentum, nixum auctoritate plurimorum, qui in terminis nostrarum legum Regiarum, terminum à die actus affigantur, longe verius, ac certius crediderint, diem termini computari in termino, quia proculdabio hallucinatio sunt, ut ex superioribus constat. Quoniam \* confutando indistinctè admittit, ut siue ab actu, siue à die actus terminus praestitatur, dies termini in termino non computetur, vt vienius, & alterius sententia auctores refutantur, quod sufficit ut hæc sententia omnino sit in præ recipienda, iuxta regul. Text. in l. si de interpretatione 37. ff. de legibus, ut auctores Tiraquell. dicit, gloss. undecima, numero vigesimo primo, Parlador. dicit, libro secundo rerum quotid. cap. 5. quinta part. §. 10. à numero tertio, Stephan. Gratian. deceptione 161. numero decimo quinto, Wamel. dicit, consil. vigesimo octavo, numero sexto, sed & in Regno Sicilie, ita dispostum est per ritum magnæ curiae vicariae 119. & 123. ut refert Trentacinq. dicit, resolut. prima, numero tertio, vers. Ego non disciderem, & numero non in fine, & apud Lustanos libro tertio, ordin. titul. duodecimo, & refert Didac. Per. in l. prima, tit. secundo, libro tertio, ordin. quæst. vigesimo septima in fine. Unde apud nos concilianda est 1. 7. 9. Tit. 9. dicens terminum concedens consanguineo ad retrahendam rem venditam in pub. subhaftat, à die additionis, que est 1. 9. titul. undecimo, libro 5. compilat. cum 1. 7. eiusdem titul. vbi idem terminus ad retrahendam rem priuatum venditam conceditur ab ipsa venditione, ut non minus in hoc, quam in illo casu dies termini non computetur in termino, maximè cum & in casu priuata venditionis alibi terminus affigetur ab ipsa die, neque in 1. 13. titul. 10. libro tertio fori, ut recte adiutetur, & explicat Ioannes Gutierrez, praticarum quæst. libro 2. quæst. 15. num. 5.

20 Jam ad secundum accedamus articul. in quo breuitate resoluimus, dies nonaginta ad 4. partis adiunctionem faciendam designatos in l. 15. titulo decimo tertio, libro 9. compilat. reuerter distare à termino trium mensium praefinito in l. 6. & 8. eiusdem titul. Quod enim dicitur mensis appellationem de 30. tantum diebus intelligi, tunc de numeri regulariter procedit, ac verum est, cum simpliciter profertur, ut pro regul. tradit. Socin. regul. alphabeticæ 260. Alexand. consil. 114. numero duodecimo, libro quinto, & late comprobatur, alias quoque relatis communem resoluimus, Menochius de arbitr. libro secundo, casu 50. à numero duodecimo, secus si mensis mentio fiat habito respectu ad mensem habentem trigesima & vnum dies, puta si ab aliquo eius mensis iam currens die, mensis spatium alieni praestitatur, quia tunc dies ex illo, & sequent. mensis complectetur, ut docuit gloss. verbo mensis, in cap. quæst. 51. 6. de electione in 6. magis committere recepta ex Alexand. consil. quadragesimo

secundo, numero quarto, libro tertio, & dicit, consil. 114. numero undecimo, libro quinto, Menoch. dicit. casu 50. numero vigesimo primo, Wamel. dicit, consil. vigesimo octavo, numero primo. Ex quorum resolutione & illud constat, \* menses ad aliquem actum proximis, intelligi eos qui illius actus tempore occurrerint, vnde cum ad adiunctionem quadrantis in vestigialium locatione, quam per major vocamus, tres menses concedantur in dicit. 1. 6. & 8. compilat. & in altera, que dicitur per menor, 90. dies in dicit. l. 15. consequens est, ut 3. illi menses ab his 90. diebus diversi sint, & menses illi accepidi sint, qui pro tempore occurrerint, qui possunt 92. dies habere, ut in terminis optimè probat & prosequitur Guttier. de gabell. quæst. 143. per tetram. Nec iura numero 7. in contrarium allata, in quibus plurim etiam mensum mentione facta, singulis mensibus 30. tantum dies tribuantur, quicquam refraganter, quia specialisti procedunt in illis casibus in quibus id ita expressum est, ut late proficitur & explicat Menochius dicit. casu 50. ann. 2. ad 11.

Ceterum etiæ vienius mensis mentio, siue ad plures relata, ob peculiariam à iure expeditiōnem, ac declarationem factam, siue ad vnum dumtaxat, cum ad certum, & determinatum mensem non referunt, de trigesima tantum diebus regulariter intelligatur, ut diximus, ut alter se res habet, cum duorum mensium lex meninx, & os ad aliquem actum merè ciuitem alii cui indulgens, quemadmodum, indulget tutori ad pupillares pecunias exigendas, & sub vñis collocandas in leg. tutor, qui repertorū septim. 9. vsq. 11. ff. de administrar. tutorum. (de cuius concilianda cum l. statutor 15. codem titul. videtur sum Cuiac. libro quinto, obseruat, capite duodecimo, Bacca de decima interius, & capite secundo, numero nonagesimo sexto, verl. Scindendum autem, Gutierrez. de statutis 2. part. capite nono, numeris vigesimo sexto & vigesimo septimo. Gotofredus ad statutam l. statutor 15. ad nonnullam septagesimam secundam, ut h̄i qui obligat. se habere perhibent rem, vbi idem tempus singulis annis indulgete tutori, sponte mutuare volenti pupillares pecunias sui periculo.) Item mancipium ementi sub absolute, siue ad nullum certum tempus restricto pasto illud manumittit, duo menses à iure praefinitur, intra quos, cum posset, id tenetur facere, alias illis clausis libertum mancipium maneat, in l. ultima vers. Si non appareat, ff. qui sine manumiss. ad libertatem peruenient. Rursum debitorum condemnato duorum mensium ad solvendum conceditur dilatio in l. unica. Ced. Theodos. de usura rei iudic. libro quarto, titulo decimonono, iisque ad quatuor menses postea protracta fuit in lege secunda, & tercia, Ced. Infinianus eadem titul. Sed & debitori, cui per contumaciam solutionem differenti pignora capta sunt, duorum mensium inducit conendum, ut si intra illos non soluerit, pignora vendantur, in l. debitoribus 21. infra, ff. de re iudic. & in leg. prima, C. Theodosia de distractis pignor. que tribuarum causa erant, libro undecimo, titulo nono, Partibus quoque mutuo confessu iudicis cognitionem differentibus idem bimacre spaciū iure taxatum erat, ne veteris dissendi potestatum haberent, in l. unica. C. Theodosia de dilacionibus ex confessu dicit. libro undecimo, titulo trigesimo tertio,

In

In his itaque, & similibus exemplis, que in proprio adfer Petrus Faber. in dicit. l. vbi lex numeris quatuor, quinto, & sexto, duorum mensium mentio \* non potest referri ad sexaginta dies tantum, sed ad 61. alias namque, cum duodecim menses constituant annum, qui habet dies trecentos, ac sexaginta quinque, l. ita vulnera 51. 6. affirmat, ff. ad legem August. 1. cum heres 4. 9. Itibus heredi quinto ff. de statu liberis, l. amiculus 134. ff. verber. signific. post duodecim menses superessent quinque dies, calculo recte facta, quod esset absurdum; idcirco lex de illis quinque diebus, singulis bimacribus diem vnum adiungi debet statutum, & idest quod Paulus I. C. volum in dicit. l. vbi lex, dum pro regula tradit, duorum mensium spacio aliqui per legem indulto, audiendum esse cum, qui sexagesimo primo die venerit, ut pote intra praefinitum tempus venientem, nempe ideo quia si singulis bimacribus dies sexaginta & vñs attribuantur, compenietur, annum finiti diebus 366. & sic vero numero diem vnum addi, quem lex propter bissextrum, qui quarto quoquo anno interferunt, adiungit, ut optimè considerat Cagnolus in dicit. l. vbi lex numero quarto, quod & ipsum in effectu docuit quamquam paulo alter rem explicans, Menoch. de arbitr. libro secundo, dicit. casu 50. num. 22.

24 Dixi ad aliquem actum merè ciuitem, ut indicaret aliud esse, si lex aliquot mensium spacium praefinitum ad legitimandum actum insperata natura ipsa, puta vt iustus seu legitimus dicatur filius, ex iustis nuptiis septimo mense à die conceptionis natus, in l. septimo mensis 12. ff. de statu heminum, vbi id ita auctoritate doctissimi viri Hypocratis Paulus I. C. tradit, & apud nos comprobatur lex quarta versus. Otragi dico, titulo vigesimo tertio, pars. quarta, nec enim hoc in calu 61. dies pro quolibet bimacribus numerantur, quia menses ita regulariter lex computat, inspecho quatuor annorum circulo, ut nuper diximus, sed menses hac in specie intelligi lunares iuxta quos certissimo octagesimo secundo die septimus mensis attingit, ut ex eisdem Hippocraticis sententia docet Vlpianus in l. intestato 3. §. ultimo ff. de suis, & legitimi hereditibus, quem post Alciatum à se relatum sic recte interpretatur, tametsi paulo alter computatione facta Menoch. d' arbitr. dicit. casu 50. numero decimo nono, & casu octagesimo nono, numeris trigesimo quarto & trigesimo quinto, & nouissime prosequitur, & explicat eleganter Alphonsius Caranca de vera humani partis designat.

capite decimo, per sonum maxime a numero duodecimo & vigesimo sexto,  
& capite duodecimo, & quarto.  
a numero decimo nono &  
in notis ad illas  
leges.

D.D. Vela dissertat. Iuris Tom. I.

### DISSERTATIO XIX.

De secundo conductore, qui in re locate possessionem primo inductus est, an priore sit potior, & obiter de conductore ad longum tempus, eiusque quod hoc à simplici conductore differentia, & maiori cum empore similitudine; ad materiam, & ordinatum iuris 15. Cod. de rei vendicat. & per perlucere lafonis doctrinæ ibidem.

### S U M M A R I A.

1. Falsi species proponitur, de qua auctor ab aliis annis coniudice consilium est.

2. Cendulatore secundo, qui in re locate possessionem primo inductus est, priorem potiorem esse agi docerunt.

¶ Recordanatio ei tantum competit, qd domini habet.

3. Lex accipere interpretationem debet ex narrati-  
tuli, sub quo collocata est, & qualiter id acci-  
piendum sit. num. 6.

4. Dominum per simplicem locationem, etiam ad ef-  
ficiendum per perdantam non transferit.

5 Lex quoties 15. C. de rei vendicat. aperte  
liquidatur secundo empore, vel donatario,  
qui per traditionem sine veram, sine filiam da-  
minum quiescat est.

¶ Traditio filia inducitur per constitutum; & si-  
miles actus, remisisti, ibidem.

6 Lex si dubia sit, nec falsi dignoscit possit, an in  
terminis tituli, seu rubrica liquidatur, tunc  
debet tamen, & non alias recurrendum est  
ad ipsius tituli naturam.

¶ Coniecturis locus non est in rebus claris,  
ibidem.

7. Lex quoties 15. C. de rei vendicat. tam  
aperte in secundo empore, & donatario liqua-  
tur, ut frustra dubitetur, an comprehendat  
estam secundi conductoris, qui in re sibi lo-  
cate possessionem primo inductus est, sed au-  
illa lex ad hunc casum extendatur?

8 Limitatio, sine exceptio regula, debet esse de ipsa  
regula, sine ad eam pertinere.

9 Legis quoties 15. C. de rei vend. præcipua, ac  
fundamentalis ratio traditur.

¶ Titulus solus venditionis, vel donationis ante  
traditionem dominum non transfr., nec ali-  
quod ius in re vendita, vel donata, ibi-  
dem.

10 Quod procedit etiam si venditio uniuersalis sit,  
para hereditatis, quia attenditur titulus eius  
particularis, qui in hoc differt à successione ip-  
sa universali.

¶ Lex qui tibi hereditatem 6. C. de here-  
dit. vel act. vend. & l. qui tibi 3. C. de  
his, qui à non domino manumittuntur; re-  
tulæ explicantur, & conciliantur cum l. cum  
heredes 23. ff. de acquirend. possess.

11 Empor secundus à non domino; qui possessionem  
solus

- solus accepit, & ab ea postmodum cecidit, cum primo concurrens in auctorato per Publicanam actionem a tertio possesse rememptam, illi prefsum.
- 12 Ratio preferendi primo emptori, vel donatario secundum, cui traditio facta est, à dominio per traditionem quasvis proneniens, verificari non potest per actualem copulam transferre, & quare?
- 13 Ratio alia traditiva preferendi primo emptori, vel donatario, secundum, cui traditio facta est, proneniens scilicet ex defecta actione, qua caret primus, cui ex solo titulo dominum quasvis non est, aduersus secundum, cum quo etiam nihil contraxit: quare & in locationis contractu locum obtinet.
- 14 Conductor primus aduersus secundum, in rei locata possessione manentem, agens ut rem deferas, sibique vacuum relinquat dicens non inepit secundus potest, quoad te liberas ades habeo.
- ¶ Lex loci corpus 4. §. competit, si si servitus vendi, vello expenditur, ibid.
- 16 Exceptio tua non intereat, vel libi alio non competit, est tuis finis, & impedit libi ingressum.
- ¶ Qua regula procedit, etiam si talis exceptio late pendere superueniat, ibidem.
- 17 Duo si requirantur ad aliquius ultus consummatum, ille preferunt, in quo prius in reperintur.
- ¶ Domini translatio titulum, & traditionem simul requirit, ibidem.
- 18 Conductor primus, cum actionem nullam habeat aduersus secundum, in possessionem rei locatae à domino inductam, accidentari ab eo preferunt, ratione insufficiens, absque ullius iuris realis acquisitione.
- 19 Accidentari, & in consequentiā plerunque admittunt, quod directo, ac principaliter non admittetur, & n. 37.
- 20 Lex in operis 26. ff. locati, expenditur, & intelligitur, & n. 32.
- ¶ Contractus in illis, qui ad eorum efficiam, & perfectionem nihil aliud, quam consensum requirunt, ita denun verum est, priorem contractum esse posterior, si deus ei alio, quam mediante posse preferit, alteri, qui postea contractus, ibidem.
- 21 Cap. si inter virum 31. de sponsalibus cap. licet 3. vers. Etsi nupserit, & c. fin. de sponsa duorum, ac lex 9. vers. E si alio, tit. 1. p. 4. explicantur, coramque ratio traditur, & num. seq.
- 22 Consensus solus coniugalis, de presenti prestituti, absque carnali commixtione, plenum ius tribuit primo coniugi, ita ei corporalis traditio nihil addat.
- 23 Consensus presentis prestituti in matrimonio inest propria voluntatis traditio, per quam dominum corporis transferunt ad potentiam copula.
- 24 D. Thome locus 2. 1. q. 88. art. 7. in corpore, circa finem, expenditur, & explicatur.

- 25 Hadriani locus similiter expenditur pro interpretatione loci D. Thome.
- 26 Matrimonium per verba de presenti cum una uxore contrahens, dominum corporis, vel propria voluntatis ad potentiam copula in eam transferit, quod in aliam uxorem a se postea distillam non potest per actualem copulam transferre, & quare?
- 27 Papa statuerit non potest quod matrimonium ratum, sive presenti consensu perfectum, persubsequens, copula confirmationatum dividatur.
- 28 Conductor dominus, vel alterius rei, distillat prohibet item super ea inferre alteri, qui candem post illum a domino conduxit.
- ¶ Quod procedit cum pro diversis temporibus facta est locatio, & post primam finitam primus conductor auctorare pro eodem pretio contendit à secundum conductum.
- ¶ Lex ne cuius 32. C. de locato, explicatur, & qualiter eius species differat ab ea, qua in hac dissertatione proponimus, ibid.
- 29 Definitio Senatus in causa proposta referitur.
- ¶ Conductor secundus, possessionis rei locatae incumbens, primo ex quadam iure necessitate preferunt, ob defectum actionis, qua hic aduersus suum experiri possit; pluresque huius sententiae antores recensentur, ac nomini obiter taxamus, quod alios mendicat, vel falso pro se dicent, ibidem.
- 30 Conductor primus preferunt secundo, cui res locata tradita est, si possesse, à quas secundus conductor cecidit, penes dominum reperiatur, & viisque conductor virtute sua conductioris concurrent in petendo ab eo possessionem, & num. 34. & 35.
- ¶ Quod ampliatur, & si primus conductor à domino, ob datam altera rei locata possessionem, interesse fuerit consequens, si postquam res ad dominum reversa est, illud ei soltere sit paratus, quia talis receptio ex necessitate magis processus sentitur, adeoque sub conditione, si traditio duraret, nec unquam dominus potest esset, priorem contractum fernandi.
- 31 Lex in operis 26. ff. locati, optimè declaratur.
- 32 Locationis domus, vel fundi, duobus pro eodem tempore facta, si neuter conductor in possessionem eius induxit sit, primus preferunt.
- 33 Venditione eiusdem rei dubius facta, ac nemine eius possidente, primus ad eam consequendam preferunt, & venditor ad instantiam secundi emptoris, qui rem assequi non potest, panis salvi plebi potest.
- ¶ Lex qui duobus 21. ff. ad l. Corn. de falso & l. 7. iuncta gloss. §. titulo 7. part. 7. remissum explicantur, & exornantur, ibidem.
- ¶ Differentia ratio inter falsi accusationem, & querelam emperii competentem aduersus vindictores, qui candens rem ait prius vendidit, & actionem sellionianus creditoris predidit aduersus debitorem, qui rem alij obligatam, illi pignori dedit, remissum tradidit, ibidem.
- 35 Traditio rei locata, à locatore facta secundo conductor, nullum ei dominum etiam vito tribuit, quod totum penes dominum manet, nec alia in illum ius transferit, quam iudicium rei detractionem, ex qua hoc solum consequitur, ne à primo conductorre actione personae conuenient.

- convenienti pesti, ut rem deferat.
- 36 Aut. Faber in dubius taxatur, in quibus ipsa DD. taxat. Primum est, quod aduersus communitatem, ac verisimiliter sententiam putat, in conductorem, cui tradita est res locata in reale transferri, nempē retentionis, quod reale esse nullum iure dubium perparum docet.
- ¶ Alterum est, quod censet, Doctores vim tantum tribuisse traditionem secundum conductori à locatore facta ad hoc, ut ille primo preferatur, quia aliud est, si aliunde secunda possessorum natum esset.
- 37 Verba gratia frequentioris eventus prolata, alias causa non excludunt.
- 38 Lex priuilegia 17. ff. de privilegiis. credit. al. 32. sub titulo reb. authorit. ind. possidendi, breviter explicatur cum Anton. Gomez.
- 39 Conductor simplex, sive ad modicum tempus, possessorum rei locatae quomodo cumque natum, si cum primo, cui illa tradita non est, circa rem obtinendum concurredit, etenim ei preferunt, quatenus ipsi possessionem incombis, secus ab ea cediderit.
- 40 Conductor ad longum, vel perpetuum tempus, puta emphyteuta, vel superficiarius, si possessorum aliunde quam à domino habent, non aliud ius, quam retentionis aduersus pertinentem acquirat, ut & simplex conductor, at si tam per traditionem sibi à domino factam adipiscatur, etiam ius in re ipsa, sive dominum saltem vtile, vilemque rei vindicationem consequitur, ex exteriori, ac receptore sententia, tamen si à nominis impugnata.
- 41 Locationis ad vitam dimitatur, non etiam locationis ad longum, vel longissimum tempus iure Regio Castille tributum videtur nisi perpetua locationis, vtile dominum in conductorum transferentes ex 1. 19. vcl. El segundo, tit. 8. part. 5. idque ita per eam legem piores Regnicola existimarent.
- 42 Contrarium verius esse docetur, quia lex illa partite, exempli tantum gratia retulit locationem ad vitam, non excludens eam, quia ad decimum sive, & huius sententia, antores referuntur num. 44.
- 43 Legibus paritate generale est, ut in dubio ius commune non corrigit, nisi id expressè declarant.
- 44 Locationis ad longum tempus, locationi perpetuae equiparantur, sub coquae nomine includi possunt.
- 45 Emphyteuta, vel conductor ad longum tempus, si à possessione cederit, potest rem sic conductam etiam ab ipso directo domino vendicare, omnino que preferens est priori conductori vel emphyteuta, qui res tradita non est, quia illi ex solo iusto ius reale qualiter non est.
- 46 Emphyteuta ex nominandi facultate aliqui data primò nominatus, secundò nominatus, cui possesso tradita est, preferunt ex sententia Perei. re.
- 47 Contrarium apud nos recte defendit, & in Hispalen. Senatu indicatum testatur D. Ioan. del Cast. Perei, sententiam veram tantum censit in terminis Lusitaniana ordinacione.
- 48 Reg. 1. quoties, C. de rei vend. absque contradictione habet in emphyteuta, vel locatione ad longum tempus, in qua secundum possessionem rei inducunt, primo preferunt.
- 49 Opinio ultimo loco relate, magis probata videtur, ibidem.
- 50 Reg. d.l. quoties, eodem modo procedit in finibus.
- 51 Emphyteuta, vel conductior emphytesum, vel fundum duobus vendente irrequisito, domino, primus emptor, inestituatur à domino habent preferent secundo, incorporalem possessionem ab venditore inducto, & eius rei ratio, cum nra. seq.
- 52 Possessor rei emphyteutica, vel feudalisa, ab emphyteuta, vel vasallo vendente emptori tradita, abque domini consensu, & approbatione nihil valat in & venditio ipsa.
- 53 Emptor secundus rei emphyteutica vel feudalis, inestituatur à domino directo accipiens, preferent primo, incorporalem etiam possessionem ab emphyteuta, vel vasallo, qui domini irrequisito vendidit, inducto, contra nonnullas.
- 54 Idem & si primus emptor post secundum inestitutus a domino accipiter, & quare?
- ¶ Retroactio, vel ratiabilitas actus in praeindictum iuri terio questione non admittitur, ibid. cum n. seq.
- 55 Emphyteuta si rem emphyteuticam specialiter dubius obliget, sive hypothecas in ius supponat, primo abque domini directo consensu, secundo vero cum consensu illius, qui postea priorem hypothecam ratam habet, secundus creditor, qui prius consensum habuit, primo preferitur.
- 56 Hieronymi Cenalli consideratio refertur, & dicens primum simplicem conductorem contraria secundum, possessioni rei locatae incombentem, dirigere actionem posse, ut rem illi restituat, quia non proprio nomine possidet, sed dominum, in quam rem plura iura ex iure sunt communis, quam Regio citantur, que ille emisit.
- 57 Dominus rem duobus pro eodem tempore locans & secundum in eius possessionem inducent, cum per eum ipse possidat, censentur ex sententia Cenalli per medium personam ipsius secundi conductoris, à primo carent, pro rei locatae restitutio & ipse censentur.
- 58 Hieronymi Cenallus dum patet, possessionem euk conductor incumbit, nullius momenti esse, adeoque non posse illum, ut tertium possidere censentur, refelluntur.
- 59 Conductor rem locatam occupans, dicitur esse in possessione, sicutque etiam proprio nomine deinceps quatenus sibi opus est ad frumentum re locata, & qua si de cedentia iudicis satem officio eam recuperaret.
- 60 Hieronymi Cenallus alter error taxatur, dum existimat, conductorem non ex sua persona, sed domini, cuius nomine possidet personalis actione censentur posset.
- 61 Conductor, licet domini personam referat quod veram ac propriam possessionem, non tamen oblationem, ut quasi ipse obligatus esset, possit ab alio conductore pro eadem re illi prius conductori, carent, & quare?
- ¶ Lex apud Cellum 4. 8. de authoris 17. & §. authoris 31. ff. de doli except. expeditius, ibidem.
- 62 Alio realis nudem etiam rei detentorem sequitur, id est contra conductorem, vel alium nomine domini possidentem dirigere potest, cui terminus dandus est ad item dominum denunciam, si iudicium suscipere vult, alia sola docunt.

- mini nominatione, ante litis contestacionem facta, absoluendus est.  
 62 Alter reali actione conductorem rei, quam vendicat, pulsans, non eius forum sequi tenetur sed dominus ab ipso nominatus, puto forum Ecclesiasticum, si dominus sit clericus, vel secularis, sit leicus.  
 63 Conductor secundus, qui in rei locata posse esse reperitur, eius virtute retentionem habet etiam aduersus ipsum dominum.  
 64 Conductorem secundum absurdum est convenire posse a primo, quasi fabrigratum loco domini, cum ipsam dominum possit conductor excludere se aduersus se agere.

**Q**uestio isthac, precedentibus valde finita, ex facto agitata est in Hispalensi Senatu de mense Octobris an. 1618 in alia aula, cui ego non interfui, sed ab uno ex eius iudicibus de illo consulto sum, cum enim vi-  
dua quaedam, Elisabeth Pando nuncupata, domum duabus separatis pro eodem tempore locaster, secundumque conductorem in eius possessionem induxit, primus virtute instrumenti locationis sibi facti, petit coram ordinario iudice Hispalensi expulsionis mandatum aduersus secundum, quod cum iudex decreverisset, provocacionem ab eo secundum ad Señatorem interposuit, vbi articulus ille meritò difficilis visus est, ob dissidentes in eo interpretatum sententias.

- 2 Affirmatiuam namque in favorem primi conductoris, vt verissimam tuerit Iason, in d. l. quoties, numer. 32. sub 1. limitatione Cod. de rei vendicata, cuius ad hoc meminimus, nihil tamen firmans, Catellianus Cotta immemorabilius, seu memorabilis viri que iuri, verbo legatio 1. & sequuntur Ioannes Sicardus in eadem 1. quoties numer. 9. Ioannes Cephalus conf. 718. numer. 35. cum 5. seqq. volum. 5. Marcus Anton. Nata conf. 261. numer. 10. Franciscus Burstius conf. 130. numer. 44. volum. 2. Petrus Nicolaus Mocius, de contractibus tituli, de locatione, & conduct. cap. de naturalibus locationis, numer. 11. Anton. Gamma, qui si iudicatum referit decisi. Lusitan. 130. numer. 2. Camill. Bortellus communem dicens, conf. 72. numer. 10. Hieronymus Ceval, pract. quæst. commun. contra commun. lib. 3. quæst. 756. à numer. 52. ad 60. Anton. Cardoso in praxi indicum, & advocationem, verbo empio, & vendicio, numer. 17. verbo lex. numer. 32. verbi. Attamen Iason, & verbo locatio, numero vigesimo nono Ioannes Aloysius Riccius, qui cum Ialone, licet eius non meminerit, regulam d. l. quoties in locatione limitat, in collect. decisionum part. 2. collectanea 439. vers. Secundo in locatione, Iulius Caesar Ruginel, practicar. quæst. cap. 12. numer. 9. Matius Giurbaldi decisi. 59. numer. 7. & 15. Philippus Paschalis de viribus patria potestatis p. 4. c. 6. numer. 35.

Cuius sententiae, quam procul dubio falsam existimamus, argumenta aliquot adferunt Iason, eius antesignanus in d. l. Quoties, que nos eodem ipso ordine, quo ea praeteremus, conabitur riscellere, ne postea his solis nunc propositis, compellatur vii repetitione, quemadmodum alias in viii quæstione patrum, & nepotis, breviteri consule volens apposite dicit, ac fecit Petrus Gregorius de Republica libro septimo, capite 10. numer. decimo sexto, cum seqg.

Primum sumitur ex natura tituli, sub quo lex illa, qua inde interpretationem accipere debet, collocata est, qui cum sit de rei vendicatione, que ei tantum competit, qui dominus haberet, i. officium 9. ver. Vbi enim probauit, in rem actio 23. ff. de rei vendicata, cum similibus, indicat, eam legem in his tantum contractibus locum habere, in quibus agitur de translatione dominij, vel iuris in re, ut & docuit, Sicardus in d. l. Quoties numero octavo, id vero per simplicem locationem, etiam ad effectum perducat, minimè transfertur, i. non solet 52. alias 42. ff. locati, i. cetera manifestata 80. §. ultimum ff. de contrahend. empt. cum adducitis ab Anton. Gomez. temo secundo, var. cap. 3. numer. 2. ver. Ex quo contradicunt, & numer. 11. ver. Sed illud non credo, Dom. Richard. in rub. numer. 30. & in prim. numer. 12. infra locat. & conduct. Guzman, de eiusdem 9. 17. numer. 3. ad suam, idque apud nos probatur in 1. 11. vers. Con todo esto el senorio, tit. 10. part. 7.

Quod tamen argumentum non minus ineptum est, quam debile. Ineptum, quia cum lex illa aperitur in secundo empte, vel donatario loquatur, cui per traditionem dominium quatinus est, hoc est fidei veram, fidei fictam, puta per constitutum, aut similem actum, iuxta ea que tradit Ioannes Gutierrez, de iuram. confirmat. 1. p. cap. 3. numer. 1. 5. & 6. & latè, innumeris refutat, resolutum D. Ioan. del Castill. querida, contraria, lib. 5. c. 80. numer. 17. & ultra eos Borgninus Caufalcan, decisi. Finizianensis 27. numer. 48. p. 2. relatius at Arsimino Tepato in compend. var. sentent. tom. 3. tit. 391. c. 18. verbi. Empor. secundus, nouissimum Hermofili, in addit. ad Gregor. Lopez in 1. 50. part. 5. glos. 1. cum 6. seqq. numer. 9. fructu recurrit at natum tituli, sub quo iacet, quod tunc denum fieri oportet, cum lex dubia esset, nec satis dignitati posset, an in terminis tituli, seu rubrica loqueretur, ut plane confat, ex Text. quem pro le allegant Iason & Sicardus in 1. Imperator 16. 19. in fin. illuc: Et reo sensisse Principem de empi, & vendit actione, ff. de in item additione, & ex optimo exemplo glos. verb. certe, in cibis quæ 12. de reprob. in 6. & verb. principialis, in c. 5. super gratia 9. de offic. delegati, cod. lib. alterum, executorem iudicem delegatum esse, quia de eo in illis titulis agitur, quas glossas in proposito recte commendat doctissimus neri Collegii alumnus Dom. Martinus de Latriategui select. iur. civil. dispu. lib. 8. cap. 13. numer. 27. neque enim rebus claris locus est coniecuris, i. ille, aut ille 2. §. 1. ff. de leg. 3. c. 107. §. cum ita in fin. ff. de verb. obligat. cum similibus. Debita, quia \* quæstio nostra non est, an illius legis decisio comprehendat casum secundi conductoris, cui prius res locata tradita est? neque enim de hoc dubitari posset, cum in diuersis terminis loqueratur, sed an quod ibi in empte, & donatario traditum est, cui apud nos consonat 1. 5. 0. verbi. Otros decimos in 1. tit. 5. p. 5. extendi ad conductorem possit, ut mox audiemus. Unde alter Iason, & Sicardi error comprehenditur, donec regulam d. l. quoties, in venditione, & donatione traditam, limitant in locatione, nam limitatio, \* sine exceptione debet esse de regula, sine ad eam pertinere, i. ex eo 18. ff. de testibus, i. quæstum 12. §. idem respondit dom. instaur. 1. verbi. Denique Neratius, ff. de fundo in str. l. nam quod lignis 4. 8. finali, verbi. Si cui penitus, ff. de penu legit. alias vero decitoria est,

est, elegans Text. ia 1. sed an vitro 11. §. 1. ver. Sed istam sententiam Celsus eleganter deridet, ff. de negotiis gestis, quem ad hoc recte expedit Paulus Calrentis conf. 79. numero tertio, libro primo, & in terminis cuiusdam statuti resoluti eleganter idem Calrentis in lib. his 14. numero tertio ff. de legibus, quem refert, & sequitur Philippus Decius in cap. cunctis dil. et. 4. numero decimo quarto circa finem, verbi. Secus videtur, de confirm. vtili, vel iusti i. & ad explicacionem reg. 8. Cancelleria Seraphinius deci. 9. 80. numero septimo, ac ad intellectum legis 9. Tauri, in vers. ultim. obserua optima Joannes Guillen à Ceruanus ibi. numero 67. & 68. idque iuris brocardum alias explicavit, & exornant late Evarist. in locis legalibus, loco 9. ab exceptione ad regulam, sub numer. 9. nouissimum Simon Vaz Barbosa ad principia, & loca communia, lit. C. numero 17. & Augustini. Barbosa axiom. 8. numero sexto, & septimo, ultra alios à me congestos differt. 2. numer. 40.

